

Pro gradu et consequendis
Summis in Imperio Romano honoribus
Sine Præside Urbis disputasset.
Simul et Corollarium subsequens defendisset
Quando Argentina Argentanina Gallica capta est
Argentoratum amplius non audit
sed
Argento-raptum.

In Ludovicum XV. Delphinum Gallie

Date viam Dauphino Gallie

LUDOVICO XV.

Sub hoc nomine Omnes Sancti veniunt

adest enim

Ludovicus dictus omnium Sanctorum

Extolle Caput et gaude

Felicissimum Philipsburgum!

Ecce

Ante Thronum tuum se sistant

Omnes Sancti.

Pulsantes tympana & canentes iubila,

que æthera reboant,

Quod olim Romæ fuit,

Templum Pantheon,

Jam in te est

Imò tu ipsum es

Nam

In te intrabunt omnes Sancti

O nimis stolidam Keiserslauterianam!

Quæ in Sanctorum numerum recipi noluit

Ah!

Quis resistere potest tot imò omnibus Sanctis!

Hinc

multo beatiores Spirenses

Qui inter Sanctos hos adventantes

Sanctum Petrum

Eminus prospectum

flexis genibus salutarunt;

Et cum hinc Claves competere perviscerent

& Claves & devotionem

ultrò obtulerunt.